



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 112. Melchoris Clesselii Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

a Clemente VIII. acriter reprehensus, Sæc. XVII.
 quo postea fatis functo, nonnisi suos A.C. 1630.
 natales efferre doctus, bijuges per ur-
 bem aureis ornatos ephippiis ducebat,
 tamque immodice fortunæ delitiis, ac
 vitæ licentiis sese dicabat, ut quantumvis
 juvenis esset & robustus, ante senium
 tamen senescens adeo viribus exhau-
 riretur, ut molem corporis sustinendo
 impar podagra, chiragra, aliisque e-
 jusmodi morbis affligeretur, nonnun-
 quam trunco similior, quam homini
 viventi: unde rarissime sive Sacris, sive
 Senatus sacri functionibus intererat,
 sella domi usus curruli, eoquod nec
 stare nec surgere posset: nihilominus
 antiquitatis, optionisque jure, recla-
 mante licet Pontifice, primo Albanen-
 sis, postea Tusculanus & Portuensis,
 demum S. Collegii Decanus renuntia-
 batur, e vivis sublatus die decima quar-
 ta Julii anno ætatis suæ quinquagesi-
 mo quarto.

S. CXII.

*Melchioris Cleffeli Cardinalis
decessus.*

Jam supra recensuimus adversantis for-
 tunæ calamitates, quibus Cardina-
 lis Cleffelius fato omnibus ferme Prin-
 cipum clientibus familiari jactatus a
 fu-

*Vid. supra
 Hist. Eccl.
 l. 191. S. 25.
 tom. 56. p. 97.*

Z 5

Sæc. XVII. supremæ in Aula Cæsarea auctoritatis
A. C. 1630. fastigio ad carceres detrudebatur. Post-

*Ciacon. in
vita Pauli V.
Priorat.
Hist. di
Ferd. III.
p. I. l. I.
pag. 27.*

quam vero vindicata ejus innocentia
Roma Viennam ad suum Episcopatum
ab Urbano VIII. cujus comitiis inter-
erat, remissus fuerat, vix quinque an-
nos vitæ suæ superstites habuit, ibi-
demque anno ætatis suæ septuagesimo
septimo Mense Octobri defunctus in Ec-
clesia Metropolitana ad S. Stephanum
sepultus est. Ceterum Vir erat in ve-
geta senectute vere magnanimus, at-
que incomparabilis fortitudinis, nullo
sinistri eventus turbine frangi assuetus,
ac plane melioris fortunæ dignissimus:
Vixit Viennæ mira animi tranquillita-
te, nec sese unquam publicis Aulæ hu-
jusque sæculi negotiis ingerere visus est.

§. CXIII.

Principum ac Illustrium obitus.

*Ferrer. cont.
Hist. Hisp.
tom. 12. c. 1.
Nan. Hist.
Venet. l. 4.
Priorat. vit.
E' azzion.
di Person.*

Hoc anno invida mors cum Marte
conspirasse videtur, ut invictos He-
roes, quibus feralia belli instrumenta
perpercerant, saltem in castris inter
plumbeas mortes obrueret: Hoc fato
Carolus Emanuel Sabaudia Dux triduo
post acceptum Mantuanæ cladis nun-
tium anno ætatis undeseptuagesimo,
Principatus quinquagesimo die vigesi-
ma sexta Julii Saviliani e vivis subla-
tus